

exigere vel accipere presumant. Et ut hec perpetuo rata et inconvulsa permaneant, presentem paginam exinde conscriptam sigilli nostri impressione communivimus et idoneos testes asseribi fecimus, quorum nomina sunt hec: Fridericus comes de Bren. Dominus Typoldus filius Typoldi ducis Boemie. Fridericus comes de Bichelingen. Heinricus comes de Swareburg. Hartmannus de Lobedeburg et frater eius Hartmannus. Albertus de Droize. Erkinboldus de Grizelau. Heinricus burgravius de Donin. Albertus burgravius de Aldenburg. Heinricus de Corun. Albertus burgravius de Dewin. Heinricus advocatus de Wida. Volradus de Landisberg. Gunterus de Rochisberg. Bodo de Yleburg. Fridericus de Groize et fratres eius Hermannus et Volquinus. Otto de Lichthenhain et frater eius Ekehardus. Datum in Groize anno ab incarnatione domini m. c̄c. xv̄., 10 xv̄. kal. ianuarii.

## 214.

*Propst Konrad von Lippoldsberg bekundet einen zwischen dem Kloster und dem Ritter Eilulf (von Bendeleben) abgeschlossenen Tausch, nach welchem das erstere Güter in Bendeleben gegen solche in Honigen abtritt. — Zeuge: Landgraf Hermann, der mit siegelt. 1215 [September—Dezember].* 15

*Hdschr.: Or. Perg. Staatsarchiv Marburg. Das S. des Landgrafen, an Pergamentstreifen, zerbrochen = Taf. XI. 5, das zerbrochene Siegel des Propstes ebenfalls an Pergamentstreifen. Phot. II. St. A.*

*Ann.: Die Ausstellung der Urkunde ist anscheinend in Gelnhausen erfolgt, wo sich Landgraf Hermann am 12. Januar in der Umgebung des Königs befand. Vergl. No. 200.*

:In nomine sancte et individue trinitatis.: Quoniam acta sollempniter quandoque 20 solet delere vetustas, factum nostrum | decrevimus presenti scripto confirmare et posteritati successorum nostrorum firmiter servandum transmittere. Notum sit | igitur tam futuris quam presentibus, quod Conradus prepositus ecclesie in Luppoldesbere de bona voluntate Sophie priorisse | et communi totius conventus bona, que iam dicta ecclesia habebat in Bendeleiben, proprietati domini Eilulfi eiusdem ville militis cum omnibus attinentiis tam 25 in agris quam in arcis nec non silvis et mancipiis assignavit et ab eo sex mansos in Hünege et septem areas et duas holzmarke in concambio ad usus prenominato ecclesie scilicet Luppoldesbere recepit, quod concambium in parte eiusdem militis estimatur ad decem talenta et quattuor solidos in annuis redditibus preter servicia mancipiorum. Item ortum unum cum ecclesia in Hünege acceptis duodecim marcis prenominato tradidit 30 cenobio. Et ut factum hoc ratum posteris maneat et inconvulsum, presentem paginam fecit conscribi et sigillis presentibus confirmari testibus subter annotatis, qui sunt: Dominus Herimannus landegravius. Comes H[einricus] de Stalbere. Bertoldus de Cruzebure. H[einricus] marscaleus. Ludewicus de Almenhuson. Rudolfus de Bulzingesleiben. H[einricus] notarius et alii quam plures. Testes autem ex parte conventus: Gozwinus 35 sacerdos. Alexander. Conradus. Item Conradus. Conversi eiusdem conventus: Elyas. Gozwinus. Arnoldus. Theodericus. Hildebrandus et H. Acta sunt hec dominice incarnationis anno millesimo ducentesimo quinto decimo, indictione vero quarta; feliciter :amen.:

(SFR.)

(SFR.)